1442 ej 2 Mai. 2/5 Ex arch. Monas. Calvi Montis.

489.

132

Nos Petrus de Weschmuntow Judex et et Joannes de Nawasowicze Subjudex Terrae Sandemiriens Generales Significamus presentibus quam futuris quibus expedit, Universis Quomodo Nobilis Joannes de Boszhow Heres ad presentiam nostram accedens personaliter sanus mente pariter et corpore, existens recognovit Venerabili Viro Dno Mathiae Abbatti Monasterij S. Crucis et ejus conventui in Calvo monte. Quia prout emerunt Villa dictam Bielow apud Nobilem Bartholom cum quodam de eadem Villa Bielow hoc ipse Joannes quid quid habuit in eadem Villa seu Haereditate juris seu propriquitatis, ab eodem jure recessit perpetualiter predicto Dno Abbati et ejus conventui et conventus etiam granitias inter Villas videlicet Bielow et Mirocice predicti Dni Abbatis ab una et Boszhow ipsius Joannis cum futuris ejus ex altera partibus fieri consensit. De quibus gratus, ipsum Dnum Abbatem cum ejus Conventu non debet idem Joannes vexare et impedire, Sed debent jam stare temporibus perpetuis. Harum quibus in testimonjum literarum Sigilli nostra presentibus sunt appensa Datum in Opathow Feria quarta in vigilia inventionis S. Crucis Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Secundo Presentibus his Dnis videlicet Joanne de Ostrow, Joanne de Grudice, Derslao de Sopathno, Joanne de Wielebnice Petro de Basice ac alij multis fide dignis.